

Johann Georg Dorsche

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Georgius Dorscheus, D. & Professor Theologus, Ad Angelicorum Circa Nos Praesidiorum, Divinae Maiestati Proximorum, Meditationem devotissimam & perpetuam angelicae inspectionis memoriam, Cives Academicos, Ex I. Corinth. XI, 10. proposito Apostolico effato Oportet mulierem potestatem habere super caput propter Angelos. Peramenter & officiose invitat & exhortatur, Efficacissima illa praesidia precatus!**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735633363>

Druck Freier  Zugang



71.

R E C T O R  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
JOHANNES GEORGIVS  
DORSCHÉUS, D. & PRO-  
FESSOR THEOLOGUS,

AD  
ANGELICORUM  
CIRCA NOS PRÆSIDIO-  
RUM, DIVINÆ MAIESTATI  
PROXIMORUM,

Meditationem devotissimam & per-  
petuam angelicæ inspectionis  
memoriam,

CIVES ACADEMICOS,

Ex

*I. Corinth. XI, 10.*


proposito Apostolico effato  
Oportet mulierem potestatem habere super  
caput propter Angelos.

Peramenter & officiosè invitat  
& exhortatur,

Efficacissima illa prælidia precatus!

---

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. LIX.


  
**A**mplissimus & accuratissimus Apostolus, Paulus Tarsensis, in instructione ac emendatione I. Corinthiorum exquisitissima, circa mundum muliebrem occupatus, gravissime monet cap. XI. 10. Ὁ Φάει η̄ γυνή ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τὰς ἀγγέλους, Debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos. Quid sit ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς exponit Apostolus v. 5. non esse ἀκατάλυτον τῆ κεφαλῆ. Est igitur κατὰλυσιον ἡ ἐξουσία. Hein- sius citat Achmetem, qui vocet cap. 26 §. μαφόριον. Est verò hoc Græcis recentioribus capitis velamen, quod cum theristro nonnulli ex recentioribus Ecclesiasticis scriptoribus conjungunt. Idem deniq; i. e. ita divinat: si in somnis id ex parte conscissum videat matrona, periculum metumq; ne ἀπὸ ἐξουσίας dejiciatur vir ejus, sic significari. Capite velato Tharsenses, cives Apostoli, fuisse, Dio Chryostomus in Tharsensi priore, contestatur, cum ait: Neq; pauca, quæ adhuc quodammodo supersunt, temperantiam severitatemq; prisca educationis testantur. Inter quæ vestis mulieris habitusq; qui talis adeoq; modestus, ut nullam earum partem neq; faciei, neq; reliqui corporis, neq; ipsas extra viam quis videat. Apud Irenæum Lugdun. lib. 1. adversus hereses cap. 1. etiam Græce legitur, oportet mulierem καλύμμα velamen habere in capite. Sed ea lectio Valentinianorum est, qui pro lubitu tractarunt sacras literas. Pleriq; notant, ἐξουσίαν loc. cit. significare autoritatem, jus, imperium, principatum, non ipsius mulieris, sed viri in mulierem. Hoc enim ipsi dictum est, Gen. 3. 16. Sub viri potestate eris & ipse dominabitur tibi Metonymicè exinde ita vocari posse putant ipsum signum ἐξουσίας, sc. velamen, quod in capite gestat mulier, ut significet se subjectam esse potestati. Velamen enim gestamen est ejus, qui potestatem in alio reveretur. Tertullianus de corona militis cap. 14. velamen mulierum vocat humilitatis sue sarcinam. & lib. de velandis virginibus cap. 17. jugum illarum. Chryostimus vocat in signe subjectionis. Concil. Gangrense cap. 17. Memoriam subjectionis. Græci interpretes consentiunt in hoc cum Chryostomo & cæteris, inter quos Theodoretus: Tegumentum vocavit potestatem, ut sic subjectionem ostendat. Hein- sius ita
   
ἐξουσίαν

ἐξουσίαν deducit. Paul<sup>o</sup> supra dixit, omnis viri caput Christum esse Mulieris caput esse virum. Nunc cum dicit, regi debere feminā, ostendit, non virū illi<sup>o</sup>, sed viri causa illam conditā, ut adeo æquum sit, mulierē in suo capite, non in se potestatem habere: idq; testari tecto involutoq; capite, tanquam submissionis signo. LXX. pulchrè loc. cit. Gen. 3. 16. ἀποπροφῆν reddere. Hæc & alia plura eò tandem rediguntur, quo antiqui concesserunt, ἐξουσίαν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῆς γυναικὸς, esse fundamentaliter, idem, quod in viri potestate esse ac manere. atq; hoc ipsum signo hoc submissionis publicè testari. Adeo sub tanto apparatu nihil novi in publicum protrulit Heinsius. Jac. Gothofredi exuviam, quam pro ἐξουσία legit, mittimus. Hanc ipsam ἐξουσίαν super caput suum habere debet mulier *propter angelos*. Quidam Latini Codd. addita vocula copulante legunt, *Et propter Angelos*, quod tamen in pluribus & melioribus non additur, ut nec in textu Græco & Syriaco. Textus Ambrosianus legit, *etiam propter Angelos*. In Comment. Ambrosii, Anselmi, Thomæ Aquinatis h. l. per Angelos Sacerdotes & episcopi intelliguntur. Clemens Alexandr. *lib. 2. pedagog. c. 10.* cum in finem præcipi putat, ut nō tantum caput regant, sed etiā frontē vultumq; velamine obumbrēt, quod & honestiores in templis facere videmus. Ministros etiam Ecclesiæ intelligit Nicolaus I. Pontif. *in respons. ad Consulta Bulgarorum cap. 58.* & sequuntur Sedulius & Primasius. Moventur in primis *cap. 1. 2. & 3. Apocalypseos*, ubi Angeli Ecclesiarum sapius dicuntur, qui sunt Ecclesiarum Pastores & Antistites. *Mal. 2. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirunt ex ore ejus, quia est Angelus Domini exercituum.* Sed hæc ad hunc locum non quadrant. Nam Angeli Apocalyplici ita dicuntur angeli, ut ex descriptione eorum, quæ circa ipsos tum contigerunt, facile appareat, non alios esse nisi Ecclesiarum Doctores & Antecessores diversis affectibus obnoxios. At Angeli, quorum gratia velatas esse decet mulieres, absolute ita vocantur: nec ex ullo indicio apparet per angelos aliud quid intelligendum esse. Quam obrem nec Clementis Alexandrini pertinens est ampliatio, cum, ut referunt Theophylactus & Oecumenius, per Angelos intelligit *justos & sanctos quosvis*, propter quos mulier jubeatur habere flammeum super caput, ne eos aperta facie scandalizet. Uterq; iste sensus nihil in se continet, quod analogiæ fidei repuneret. Sed in sensu verborum Apostolicorum non est. Et hæctenus non commode dixit Guilielm. Est jus *Comm. h. l.* ait, *expositiones istæ duæ sunt am quod*

am quoq; probalitem habent, præsertim secunda. Præter Angelos igitur nemo alius h.l. ab Apostolo intelligitur. Neq; tñ. *Angeli mali* rectè accipiuntur à Tertulliano *lib. 5. contra Marcionem cap. 8. & de velandis virginibus cap. 7. 8. & de corona militis cap. 14. & de cultu feminar. cap. 3. & de habitu mulierum cap. 2. quasi sensus sit*: mulierem velandam esse, ne visam ejus pulchritudinem angeli mali concupiscant, iidem sc. qui quondam filias hominum à se visas, quod essent pulchræ, carnaliter concupiverunt. Et si enim, quod & Tertullianus & alii veterum persuasum habuerunt, spiritus apostatæ corporei essent, id tamen inter eos, quibus verbum divinũ pro regula est, constat, neq; sexuum in eis distinctionem esse, neq; generandi eos facultatem habere, qua naturaliter ad congressum cum mulieribus incitentur: licet, ut sunt immundi spiritus, hominum impuritatibus, & mulierum velamen aspernantium impudentissima impuritate, summopere delectentur. Nec ullum velamen pessimos spiritus impedire posset, quominus indulgerent suis immunditiis. Omnium minime ideo sollicitus est S. Apostolus, ut mulieres velatæ incedant, *ne angeli caelestes provocentur ad earum concupiscentiam*, quæ pariter nonnullorum veterum fuit opinatio. Malè & illi interpretantur locum *Gen. 6.* ubi dicuntur *filii Dei filias hominum visas adamasse*. Decepit illos versio LXX. Interpretant, quæ olim in quibusdam exemplaribus ferebatur, quibus, referente Augustino *de Civit. Dei lib. 15. cap. 23. Angeli* pro filiis Dei scriptum erat. Contans enim piorum hodie consensus est, sanctos illos spiritus amore carnali mulierum non ideo solum affici non posse, quia sunt incorporei, quod satis certum est in Ecclesia, sed etiam quia Dei faciem semper videntes peccare omnino non possunt. Decet itaq; propter angelos velamina mulierum capitibus obduci, non ne angeli in seipsis ad aliquam contaminationem sui incitentur, sed quia incomparabiliter volunt, ut omnis scandalorum submoveatur occasio, quia ex renudata mulierum facie facillimè exoritur inflammatio, quæ inhabitationem Spiritus Sancti gratiosam turbat, & angelorum cohabitationem lædit. Unde dulcissima voluptate percipiunt, si omnes aditò importunis desideriis intercludantur. Exigit hoc in primis reverentia erga angelorum præsentiam in templo. Si enim ipsi magna veneratione se totos componunt ad mysteriorum in templis exercitium, cur non illis à mulieribus piis etiam iste honor esset habendus, ut omnem incitamentorum impuritatis præscindant occasionem. Etiam nullo respectu ad angelos habito id olim præstitum

præstitum est à prudentissimis quibusq; *Arabia femina*, *Ethiopia*, quæ  
Tertullianus de velandis Virginibus cap. 17. *non caput tantum, sed faciem*  
*quoq; ita totam tegunt, ut uno oculo librato contentæ sint dimidia frui luce*  
*potius, quam totam faciem prostituere.* Plutarchus in *apophteg. Laconicus in*  
*Charilla* memorat, quod earum virgines aperta facie, viris junctæ mulie-  
res velata facie prodire solite sint, ut scilicet istæ maritos invenirent; il-  
læ viros habentes aliis placere non cuperent. Rectè verò Clemens Ale-  
xandrinus lib. 2. Pædagogici cap. 10. exprobrat Lacænis, non tantum,  
quod super genua tantum deductas vestes induerint, sed etiam quod  
virgines suas nulla de causa aperta facie in publicum admiserint; cum  
hac ratione virginis pudor quasi venalis expositus proderetur. Unde  
& Tertullianus de veland. virginibus cap. 2. culpatur eas, quæ tenui velo  
utebantur, quod illud irritamentum magis sit libidinis, quam tegumen-  
tum pudoris. Et cap. 12. nundinatrices quasi pudicitia hæbet illas, quæ  
consilium formæ à speculo peterent. Atq; hoc consilio librum de ve-  
landis virginibus scripsit Tertullianus, ut probet, omnes, non tantum  
nuptas, sed & innuptas, etiam seculares, non obstante quavis consuetu-  
dine, velandas esse, quod ex loco à nobis in principio adducto conclu-  
dit. At nos pietatis iudicio permittimus, an rationes Apostoli omni-  
bus omnino mulieribus competant. Placet id quidem Cornelio à  
Lap. p. 305. qui putat, quod merito *abusus censeretur, & corrigi, quod*  
*nonnullis in locis virgines nudoplane capite incedunt, scilicet ut formam osten-*  
*terent & sponsum captent, cum revera tum alios, tum seipsas castitatis periculis*  
*exponant, & lenonum sese fraudibus indies objiciant; unde tot pudicitia*  
*nausragia experiamur.* Itaq; virginem velandam; ut recta in publicum pro-  
deat, ne vel ipsa videat, quæ non decet, vel in aliorum aspectum vultus ejus in-  
surrat. Innumèrabiles enim per aspectum vel ipsas periisse, vel alios occidisse,  
ut summa cautio merito oculis sit adhibenda. Tertulliano l. c. *publicationem*  
*virginis bonæ, passionem stupri esse.* Respectus ad Angelos cautionem il-  
lam magis multo requirit. B. Nilus Johannis Chrysoctomi discipulus  
epist. ad Anastas. hæc de eo commemorat. *Johannes Sacerdos admiran-*  
*dus, Ecclesie Constantinopolitane & totius orbis splendor, vir animi perspicu-*  
*us, omni fere tempore videbat domum Domini resertam Angelorum cœtu, &*  
*tum imprimis, cum divinum & incruentum sacrificium offerebatur. Quo*  
*quidem tempore stupore & letitia plenus, rem præcipue amicus enarravit.*  
*Cum cepisset Sacerdos sanctissimum sacrificium, plures statim ex illis virtuti-*  
*bus de-*

bus descendens, stolis induta & splendidissimis, nudis pedibus, intentis oculis,  
 prone altare magno cum silentio & reverentia, quoad reverendum illud my-  
 sterium expletum fuit, circumsteterunt. Deinde huc illuc singulae diffuse, per  
 totam domum Episcopis, Presbyteris & Diaconis distributionem corporis &  
 pretiosi sanguinis ministrantibus adhaeserunt & sat agentes & sedulo adjuvan-  
 tes. Si tantus est confluxus spirituum caelestium, cum divina celebra-  
 tur mysteria, quibus mulierum frequentia praesto est, omnino decet eas  
 esse quam compositissimas & ab omni scandali occasione alienas. Vide  
 plura apud Cornel. *loc. cit.* Si alibi velatae esse volunt mulieres, tales  
 esse debent, ubi par est, omnia summa geri cum verecundia, ordinemq;  
 & decorem servari, quippe ubi non tantum adsunt homines, sed & ipsi  
 Dei Angeli. Sicut Cherubini erant in templo ad significandam Angelo-  
 rum praesentiam. Respexit huc etiam Agrippa in orat. ad Judaeos apud  
 Josephum lib. 2. Bell. Jud. cap. 28. cum ait: *Ὁβριστορ εἶμι ὑμῖν*  
*τὰ ἅγια καὶ τοὺς ἀγγέλους.* Similiter & in Synagoga Angeli adesse cre-  
 diti. Conf. Deut. 33, 8. Philo Judæus lib. Περὶ Φιλανθρωπίας de Mose:  
*ὕμνωδίας ἐπιείσο διὰ πᾶν συμφονίας ἢ ἀρμονίας εἶδος, ἢ κατὰ κόνα-*  
*σιν ἀνθρώπων τε καὶ ἀγγέλων. λαίβεργοί. Οἱ μὲν ὡς γνώριμοι, πρὸς τὴν*  
*τῆς ὁμοίας εὐχαριστίας διαθέσεως διδασκαλίαν. Οἱ δὲ ὡς ἔφοροι καὶ τὴν*  
*σοφῶν ἐμπειρίαν. Θεοσέβητοι μὴ τιτὴς ἀδῆς ἐκμελῆς, καὶ ἅμα δια-*  
*πισῆντες, εἴ τις ἀνθρώπων δεδεμένον σῶμα φθαρτῶ, δυνατὸν*  
*ἔστι αὐτῶ ὅμοιον τρόπον ἡλίω ἢ σελήνῃ καὶ τῶ τῶν ἄλλων ἀστέρων χό-*  
*ρω μεμουσῶσθαι τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ θεῖον ὄργανον τὸν ἕρανὸν καὶ τὴν*  
*σῆμπαυτα κόσμον ἀρμολογῶμεν.* Carmen cecinit aptissimum auribus an-  
 gelorum & hominum: horum, ut tanquam à Magistro similiter gratias agere  
 discerent: illorum, ut adessent tanquam spectatores ostentantis musicam ani-  
 ma in corpore mortali certantis cum caelestibus harmoniis syderum, ipsam  
 Deum conditorem autorem habentibus. Plura de his Grotius in Annot.  
 h.l. Si vero velamine capitis mulieribus opus est propter angelos, quan-  
 ta ab universis illis requiritur instructio, qui Angelos rebus humanis in-  
 teresse credunt? Quid enim quaeso est, quod capitis obvelatio juvare  
 potest, ne in angelicarum excubiarum offensam incurramus, in confi-  
 deratione caeterorum omnium, quæ si non habuerimus, efficere pos-  
 sunt, ut sanctissimos offendamus vigiles. Quot quantisque velis non  
 mulieres

mulieres tantum, sed nos omnes mutuendi sumus, ne eveniat aliquid, quod angelicam praesentiam possit offendere? Velum, quod mulieres muniebat, adversus oculorum licentiam, idoneum quidem honestae conversationis fuit praesidium, tanto quidem aestimandum, magis, quanto Spiritui Sancto, qui velum istud comprobavit, magis complacuit, & quanto isti magis displicet impudica seculi nostra licentia, qua non virgines tantum submotis velis in Ecclesiae adyta, ad tremendorum mysteriorum sacrarium involant, sed etiam videntur eo inclinare matronae, à quibus castitatis exemplar jure exigas, quae jam multam nuditatem frontibus, multos aditus oculis patefecerunt, & quanta sit aperta via inquinantis scelerum, ostendunt. Ubi vero manent velamina mentis nostrae, quibus illa munienda est, ne displiceamus angelis? Ubi velamen intellectus nostri est, quo ille muniatur, ne quicquam apprehendat, quod semel intra ejus penetralia admissum efficere potest, ut omnis ejus compositio & divisio contaminetur, & turbetur à linea recti discursus? Ubi velamen voluntatis nostrae est, cujus beneficio liberemur, ne incitemur ad quicquam, quo Angeli offendantur? Quo a velamine interiora voluntatis inquinatae desideria cohibebimus, ne adversus Sanctorum Angelorum praesentiam insolescant? Ipsa memoria nostra, quae in animi nostri oeconomia primum condum agit, quanto munienda erit velamine, ne ex ea quicquam erumpat, quod malitia seculi in eam abscondidit, ne in eam quicquam irrumpat, quod sanctis angelis displicere possit. Jam sensus reliquos velamine nullo indigere, ille persuasum sibi habet, qui sensu caret. Itaque suum velum curandum, relinquamus mulieribus, debiliori scilicet sexui. Assurgamus verò nos, CIVES ACADEMICI, ad cordatiora velamina. Meditatur hodie Angelorum, quibus caelestis Clementia Ecclesiam suam intruxit, beneficia. Agamus serio, ut velamina nobis comparemus, quibus aditus nostros muniamus, ne quid obrepat nobis, quo Angeli offenduntur. Sint velamina nostra non illa mollia, per quae saepe admittitur tentatio nequam, sed omnis armatura fortium, in qua sanctis angelis mirifice placemus. *Ἀδελφοὶ μου, ἐν δυνάμει τοῦ κυρίου καὶ ἐν κρατίει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Εὐδύσατε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, πρὸς τὴν δυνάμει ὑμᾶς εἶναι πρὸς τὰς μεθεδύας τῆς διαβόλου*



διαβόλου &c. Eph. 6.10.11. &c. Severa res est Christianismus no-  
ster, ad quem conservandum S. Apostolus ἐξουσίας requirit, quo vo-  
cabulo dum velaminis loco uti voluit, omnino amplius quiddam  
in animo habuit, aut à sancto potius spiritu accepit. Juvent velamina  
& suam præstent exusiam. Ἐξω κη ἐσω τῆς ἑσίας ἡμῶν permit-  
tamus Spiritui Sancto dominium super nos, indicamus exilium vani-  
tatis & ineptiis. Cum lacrymis intueor juventutis nostræ nudi-  
tatem, quam non tantum ex pallis deficientibus æstimo, sed ex omni  
pietatis defectu. Quomodo illi adversus inferos stabunt, tam inde-  
fensi, in tanta omnium munimentorum penuria? quomodo illi  
Angelis satis facient? Qui Angelos amatis, ἐξουσία spiritus vos ve-  
stite! qui hæc talia spernitis, cogitate, quam æterna & lamentabilis  
vos nuditas maneat. Maneat interim super nos omnes, qui  
cælum amamus, ἐξουσία JESU, ne à nobis  
absint Angeli!

P.P. Rostochii A.O.R. cl̄o Ibc LIX.  
XXIX. Septembr.



mulieres tantum, sed nos omnes mutuendi sunt  
quod angelicam presentiam possit offendere  
eres muniebat, adversus oculorum licentiam  
nestæ conversationis fuit præsidium, tanto  
magis, quanto Spiritui Sancto, qui velum istud  
complacuit, & quanto isti magis displicet im-  
centia, qua non virgines tantum submotis vel  
ad tremendorum mylteriorum sacrarium inve-  
tur eo inclinare matronæ, à quibus castitatis  
quæ jam multam nuditatem frontibus, multo  
cerunt, & quanta sit aperta via inquinamentis  
Ubi vero manent velamina mentis nostræ,  
est, ne displiceamus angelis? Ubi velamen in-  
ille muniatur, ne quicquam apprehendat, quo  
netralia admissum efficere potest, ut omnis eju-  
sio contaminetur, & turbetur à linea recti dis-  
voluntatis nostræ est, cujus beneficio liberemur,  
quæ, quo Angeli offendantur? Quo a. velamin  
inquinatæ desideria cohibebimus, ne adversu-  
rum presentiam insolescant? Ipsa memoria  
nostri oeconomia primum condum agit, qua  
lamine, ne ex ea quicquam erumpat, quod m-  
scondidit, ne in eam quicquam irrumpat, quod  
cere possit. Jam sensus reliquos velamine n-  
suasum sibi habet, qui sensu caret. Itaq; suu-  
relinquamus mulieribus, debiliori scilicet sexu-  
nos, CIVES ACADEMICI, ad cordatiora  
mur hodie Angelorum, quibus celestis Clem-  
instruxit, beneficia. Agamus serio, ut velam-  
mus, quibus aditus nostros muniamus, ne qui-  
Angeli offenduntur. Sint velamina nostra ne-  
sepe admittitur tentatio nequam, sed omnis a-  
qua sanctis angelis mirifice placemus. *Αδελφ*

*εν Κόρυθω καὶ ἐν κερπί τῆς ἰαχούου αὐτοῦ.  
πλίου τοῦ θεοῦ, πρὸς τὸ δύνανται ὑμᾶς εἶναι π*

aliquid,  
d muli-  
lem ho-  
ndum,  
, magis  
ostri li-  
dyta,  
viden-  
xigas,  
patefe-  
dunt.  
nienda  
st, quo  
jus pe-  
& divi-  
lamen  
d quic-  
untatis  
ngelo-  
animi  
erit ve-  
eam al-  
displi-  
le per-  
ndum.  
s verò  
ledita-  
o suam  
mpare-  
is, quo  
er quæ  
m, in  
ουὸ ε  
παινο-  
όας τῆ  
ιαβό

